



**R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

32. In Festo B. M. Bonaventuræ, tripartita. Ille erat lucerna ardens &  
lucens. Ioan. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

satis aculeis, quamvis preciosa mihi manus in accipit. Hanc mihi donari jubens, ut homo eam cordis, doloris acrimonia relaxetur. Cessit tyrannus precibus, redditaque est viro iusto manus.

Hæc accepta, ipse in Oratorium domesticum ingreditur, promoque corpore ante imaginem Virginis MARIE provocatus, excisam manum pristina committitur ad movens, cum lacrymis ad ejus misericordiam hunc in modum recurrit: O Domina, & castissima Mater, que Deum meum peperisti, divinarum imaginum causa dextra mihi amputata est, scis enim quid Leonem in furorē contra me consecravit. Ergo succurre, & manū meā medellam adhibe. Dextra excelsi, qua ex te incarnata est, tuā intercessione, facit magna, quia potens est. Tuo itaque rogatus meam obsecro dextram sanes, ut tuas Filii, tui laudes & canticis literis confitear, atque orthodoxo cultus sit adjuvamento. Hæc cum lacrymis pronuntians, obdormivit. At in somnis imaginem Deiparæ videt, lætis oculis ipsum inuentem, ac dicentem: Ecce sanitati restituta est manus. Iam ergo eam scriba velociter scribentis calamum effices, iuxta promissum tuum. Expectetis, cum sanata cognovisset, exultavit in Deo salutaris, ac ipsius Matre, quoniam fecit ipsi magna qui potens est, & superbum Leonem dispersit mente cordis sui, impium superbi cordis sui, & subinde mentis consilium irritum reddens. Tunc ergo utramque manum in caelum tollens, totā nocte canticum novum Domino decantavit, dicens: Dextera tua Domine, magnifica est in fortitudine, dextera tua meam sanavit, ac per eam hostes, qui tuam genitricis MARIE imagines inhorant & effringunt, confindat ac confringat. Erat itaque illi nox ca, dies, & non nox; ac lumen, & non tenebræ, poteratque dicere cum Psaltes: Nox sicut dies illuminabitur. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Erat ibi vox epulantis, & sonus exultationis, vox salutis, & canticum laudis in tabernaculo viri iusti; quem admodum & in Tabernaculo Zachariæ resonabat canorē vox Elizabeth MARIE, in die visitationis divinae.

Ex vita S. Damasceni c. 12. & 14. apud Sav. Psal. 138.

14 Julii. Lect. 37. tripart. 4

Pars I. Quomodo luxerit in statu prius rebus legioni.

IN FESTO S. BONAVENTURÆ.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Ioan. 5.

Qui ab infantia offeruntur Deo per pietatem sinceram parentum, speciale solent consecui benedictionem; celestemque gratiam nanciscuntur per varietates ætatum eos manducantem, & protegentem. Nempe pergrata est Deo talis oblatio, qui corda & ora parentum solet respicere, & filiorum corda & ora necdum profari valent coram ipso. Sic gratissimum fuit celo, quod S. Aletha, sive Alia, mater S. Bernardi, mox ut ipsum ac fratres suos partu ediderit, manibus propriis Deo obtulerit, & exinde eos tanquam rem sacram, suæ celestis depositam & consignatam custodiæ, pio affectu

respexit. Hæc enim fuit origo gratiæ sublecuræ, & conversionis à seculari vita Orbimandæ.

Sic etiam acceptum fuit Deo, quod S. Elzearium ea hora qua peperit mater, cum ferventi devotione & gratiarum actione obtulerit, dicens: Gratiarum ago Domine Deus pro hoc filio gratia tua mihi donato, rogoque ut eum tibi servum accipias, & tuā benedictionis ei gratiam largiaris. Quod si tu nosti eum fore divina tua voluntati rebellem, ubi sacro baptisate erit candidatus, sine mora eum in medio tolle. Satis enim est eum innocentem, & nullis propriis autium meritis tecum vivere, & mundo emori, quā in hac mortali vita te offendere. Gratissimam vero fuisse Deo hanc oblationem, fati probant divina sanctitatis indicia, quæ in Elzeario adhuc infante sunt observata.

Surius in vita ejus.

Similiter S. Gregorius Nazianzenus legitur mortuus à matre Deo fuisse oblatum; S. Maurus etiam Deo & S. Benedicto à Patre Eutichio, Adde S. Franciscum de Paula, S. Nicolaum de Tolentino, innumeratque alios, quorum progressum in sanctitate felicem per varias ætates celestis direxit gratia, in tuto paternæ vel maternæ pietatis, per quam proximis ab infantia oblati fuerant.

His adnumeramus S. Bonaventuram, qui infans à matre Deo & S. Francisco oblatum fuit, dum in mortis ageret periculo. Vnde sanus effectus vocatus est Bonaventura. Rem sic enarrant Annales Minoritarum. Cùm quadriennis langueret ad mortem, nec ulla spes vitæ aut medicorum remedium superesset, pia mater precibus & meritis S. Francisci puerum commendavit, vovens si sanum reciperet eidem se oblatum, ejusque Ordini. Mœrentem consolatus S. Franciscus, pro puero oravit, & impetra vit, puerque repente sanus exiit. Quo repente gaudens mater miraculo, futuraque prophetans, patri dixit idiomate: O Bonaventura! Ac ei deinceps hoc nomen adhaesit, nam prius vocabatur Ioannes. Vnde in prisca codicibus inscriptum legitur: Fr. Ioannes Bonaventura. Sed cum Deo juvante omnia ei feliciter succederent, factum est ut communiter Bonaventura à Latinis & Italis ac à Graecis Eutichius id est, bonæ fortunæ, sive Fortunatus appellaretur. De hac re sic loquitur ipse S. Bonaventura in historia minore, quam de B. P. Franciscus scripsit: Voto pro me languente gravissimè, ad B. Franciscum misso à matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipso sum morus faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus. Quod eum vitæ memoria teneam, verā nunc confessione profiteor; ne tantum beneficium retinens, sceleris arguar, ut ingratus. Ita ipse.

S. Bonaventura puer Deo oblatum à matre.

Præd. an. 1221. in Annal.

Vide Officium Minorum inf. Offici. Bonav.

Ex hac Matris oblatione, Deique cum Francisco acceptione, originem duxere tot gratiæ celestes in Bonaventuram profusæ. Sic de Francisco dicere Ecclesi.



3. Reg. 17. Dei suscitavit. *Expandit se, & mensus est super puerum in vultu eius, & clamavit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, revertatur obscuro anima pueri huius in viscera eius; & exaudivit Dominus vocem Eliæ.* Non quidem emortuus fuerat adhuc Bonaventura, attamen eum fors mortis manebat, & inferni, hoc est sepulchrum. Sed Sanctus Franciscus, quasi incumbens super eum iam spiritum exhalantem, in nomine Trinitatis, novum ei spiritum reddidit meritis suis, non solum spiritum vitæ mortalis, sed & spiritum suum, sive gratiæ specialis spiritum, qui effectus suos producere debebat, cum in ordinem religiosum instituti sui adscriptus foret. Quod factum est mox à juventute, circa ætatem annuum vigesimum secundum. Tunc namque habitum religionis Sancti Francisci suscepit devotissimè, memor illius: *Vovete & reddite Domino Deo vestro*; hoc est, memor voti materni, quo oblatus fuerat Domino, & Francisco. Nec solum habitum suscepit, sed & spiritum induit Francisci, zelumque religionis ejus.

Psal. 75.

Habitum  
& spiritum  
S. Francisci  
ei induit.  
S. Bonav.

Dicamus ergo primò, quòd ex eo tempore Deus eum elegit & exivit, ut accenderet tanquam lucernam ardentem & exivit ut candelabrum. Non voluit ut diutius hæteret sub modio sæculi, præclare indolis dotibus præditus: sed in religione S. Francisci constituit eum tanquam in domus suæ lucido candelabro. Quapropter ex eo tempore lucescere cœperunt in eo dona gratiæ divini, & omnium oculos in se convertere. Agnoscebatur enim in ipso mira modestia, obedientia, humilitas, despectus sæculi, castimonia, verborumque gratia cum charitatis splendore confederata. Propterea dicitur eum non solum habitum, sed & spiritum Francisci induisse. Multiplex certe spiritus per varia hominum genera potest distingui, qui unumquemque agit, sed uniformiter ad meliora.

Spiritus  
multiplex.

1. Est quidam spiritus humanus & terrenus, dum quis solum nititur, humano spiritu & lumine; in terrenis rebus sapiens & prudens: hunc à suo judicavit ordine extraneum S. Franciscus.

2. Est spiritus brutalis & jumentorum, quem homines nonnulli sequuntur, passionibus se suis mancipantes, & quasi jumenta in stercore suo computrescentes; hunc odio est profecutus.

3. Spiritus Satanæ, quo quis Deo planè est adversus per spiritum superbiæ, invidia, erroris, hæresis, blasphemæ; huic super omne detestabile est detestatus.

Rom. 8.

4. Spiritus Dei, à quo spirituales dicimur, & filij Dei: *Qui spiritus Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Hanc sectari oportet.

Hic porro spiritus Christi diversa habet dona gratiarum, secundum varia in Ecclesia vitæ genera, & varios status. Licet enim unus sit Spiritus sanctus, dat tamen unicuique statui donum suum, quod spiritum sive gratiæ illius status vocare possumus:

Hoc dono adjuti vocationis suæ munia ritè obeunt, tam in sua, quam in proximorum salute obeunda. Atque propterea varia sunt religiones, & singulis singulæ dantur regulæ propriæ, ad quas vitam componant, & secundum quas suæ & aliorum salutem consulant. Unde aliter id præstat à Franciscanis, aliter à Benedictinis, aliter à Carthusianis, aliter à Jesuitis, aliter à Bernardinis, aliter à Norbertinis, & sic de cæteris religionibus. Qui vero sunt ejusdem religionis, eundem quoad potest fieri spiritum debent participare, eademque gratia vitam formare, juxta spiritum & regulam Fundatoris sui. Sic Ioannes in Evangelio dicitur *spiritum Eliæ habuisse*, quia non solum amicum Eliæ habuit pelliceam, sed & duram ac solitariam vitam sectatus est, sicut & ipse, similemque zelum habuit docendo populum, & filios Israël ad Deum convertendo, similem quoque libertatem spiritus, dum hic arguit Herodem, ille Achab Regem, dum uterque foeminam patitur adversam, hic Herodjadem, ille Iezabelem. Similia ergo in utroque dona, similis animus, similis zelus, similis spiritus: unde Ioannes potius dicitur spiritum habuisse Eliæ, quam David, aut Abraham, aut Moyses, similior in modo agendi & gratia vitæ.

Luc. 1.

Sic dicitur S. Bonaventuram spiritum Francisci participasse, propter contemptum sæculi in eo vigentem, affectum paupertatis eum consolantem, spiritum puritatis & innocentie in eo relucentem, spiritum zeli cum gratia & stimulo verborum torpidos excitantem, spiritum mansuetudinis & affabilitatis tristes consolantem, spiritum humilitatis omnes in sui amorem suaviter allicientem.

Hi sunt radij, quos à primæva conversatione è candelabro religionis vibravit, hæc lucerna ardens & lucens. Hæc radij præluxit omnibus quæ in domo sunt, hoc est, omnibus fratribus suis, dum adhuc in inferiori statu & ætate ageret. Quapropter in eum oculos intendens sagaciter Alexander de Ales irrefragabilis Doctor appellatus; dicere solebat de ipso adhuc discipulo suo, ob dona gratiæ & innocentie ab ejus facie non solum interna, hoc est animi & mentis, sed etiam externa oris & corporis, promicantia. *Ecco verò israelita, in quo dolus non est, non viscer quodammodo in ipso Adam peccasse.* Nihil veteris Adam in eo agnoscebatur, nulla corruptio, nihil turbulentum, nihil immodestum, nihil inverecundum, nihil mundana concupiscentia. Nihil nisi castum, purum, innocuum, angelicum, & gratiæ plenum, in ejus conversatione splendebat, cum eloqui melle & sapore.

Denique, in sancta sua vocatione progrediens, quasi *lux crescens usque ad perfectum diem*, omnem vitam suam in Dei certa cognitione versari voluit: ad quam assequendam, per sacrarum Scripturarum assiduum meditationem, per lectionem, orationes ac contemplationes intendebat. Tantamque sub Magistro suo Alexandro de Ales doctrinæ perfectionem brevi tempore affectus est, ut septimo sui

Prov. 4.



fui, ingressus anno Magistrorum Ordinis conformi  
iudicio delectus, libros sententiarum in Univer-  
sitate Parisiensi explicavit præclarissime, magistra-  
lemque cathedram ascendit. Verum non solum  
ei Alexander ab Ales Magister fuit, sed etiam ipse  
Deus in oratione & contemplatione. *Vbi Deus  
Magister est, quam citò discitur quod docetur, inquit  
S. Leo.*

Serm. de  
Penec.

**PARS II.** **Quomodo**  
**lucetis in**  
**scitu Do-**  
**morali.**  
Dicamus ergo secundo, in hoc candelabro Do-  
ctoralis gradus S. Bonaventuram Lucernam  
ardentem & lucentem fuisse: ardentem quidem  
charitatis ardore, lucentem verò luce sanctitatis &  
scientiæ, & qua quæverim per orbem lucem illam  
suam & ardore diffundente. Nec enim ipsius splen-  
dorem illi solum perferentur qui in domo privata  
& humili religionis cum ipso & coram ipso age-  
bant, sed etiam illi qui in angusti remoti orbis deli-  
tescebant. Ut autem intelligas quomodo lucens  
fuerit & ardens, adverte quosdam inveniri qui  
lucet & non ardent, quosdam è contra qui ar-  
dent & non lucet. Sapientes nonnulli lucem  
quamdam emittunt, sed inane nec cum ardore  
conjunctionem divini charitatis. Aliqui simplices  
in privato genere vitæ agentes ardent, sed quia  
quasi sub modio agunt, alijs non lucet. Vel, ut  
dicit S. Gregorius homil. 9. in Ezechielem, carbo-  
nibus ardentibus similes esse centennas, qui locum  
non illuminant. Sic & his contingit, quia sibi ipsis  
solis in silentio vivunt, ardorem intra se continent,  
alijs autem lumen non exierunt. Hi ergo propriè  
Lucernæ non sunt. At S. Bonaventura utrumque  
in se habuit, ut arderet lucidissime, & luceret ar-  
dentissime, quod paucis congingit.

Quidam  
lucetis in  
non ardet  
quidam  
contra.

Bern. præ-  
fat. in vi-  
tam S.  
Malach.

Ezech. 1.  
Greg. ho-  
mil. 5. in  
Ezech.

Enim multi sunt in sublimi positi, qui potius  
fumigant, quam lucet, de quibus S. Bernardus sic  
loquitur: *Taceo vulgus, videri taceo filiorum huius  
seculi multitudinem, in ipsa Ecclesia columnas vultu  
oculis elevas. Quem mihi ostendas, vel de illorum  
numero qui videntur dari in lucem gentium, non magis  
de sublimi fumantem, quam flammantem. Si hi  
qui lumen esse debent, tenebræ sunt, quantum sunt tene-  
bræ? An illos lucere dixeris, qui præsumunt stimant pi-  
etatem qui in hereditate Domini, non que sunt Domini,  
sed que sua sunt quarunt? Immo bene est, si ab alienis  
eor manusque continentur hæc S. Bernardus. Certè  
hi non sunt digni nomine lampadum aut lucerna-  
rum, licet in sublimi appareant, quia plus habent  
caliginis, quam lucis, plusque nocent quam docent.  
Atque his præterendi qui sub modio se occultant,  
hominibus ignoti, sed Deo noti, qui etsi nullos do-  
ceant verbo, seipsos tamen docent in silentio. Et  
propterea eos comparat carbonibus, sed incensis, S.  
Gregorius. Illi porò excellunt, & Ecclesiam longè  
amplius adjuvant, qui Deo hominibusque cogniti,  
& exemplo, & verbo alijs præficient, animarumque  
saluti cum luce & ardore excubant. Audi verba  
S. Gregorij super illud: *Aspectus animalium quasi  
carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampada-**

*rum. In hæc verba sic differit: Sunt plerique san-  
ctorum ita simplices ut occulti, sunt magna silentio se  
contingentes, ut vix eorum vita ab alijs agnosci possit.  
Quid isti, nisi bonis incens, quid est fervorem spiri-  
tus habent, exempli flammam non habent, neque in  
alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, qui vi-  
tam suam scire resugunt? Hi autem qui lumen bo-  
ni operis & virtutum exempla per vitam & verbum  
errantibus demonstrant, verè Lampades appellantur.  
Carbones ardent, sed loci in quo jacuerint tenebras  
non appellantur. Lampades, quia magno lumine resplen-  
dent, dissitas cremasque tenebras effugant. Ita  
S. Gregorius. His conformiter loquitur S. Bernar-  
dus serm. de Navit. S. Ioannis: *Est tantum lucere  
vultum, tantum ardere parum, lucere & ardere per-  
fectum.**

Hæc itaque perfectio ardoris & lucis conjun-  
ctim apparuit in S. Bonaventura; ideo per suorum  
mandatum superiorum iustus est in sublime con-  
scendere doctoralemque lauream suscipere. Quod  
factum est de eodem die quo S. Thomas de Aquino,  
ejus coævus & familiaris, eam pariter suscepit  
suorum etiam superiorum iussu. Vnde & hoc ei  
inspiratum fuit pro Themate assumendo in isto die  
celebri Univerſitati Parisiensi: *Rigens montes de Su-  
perioribus suis, &c.* Sic duo Religiosi Ordines duo  
præclara lumina prodixerunt eodem tempore, to-  
to orbe rutilantia religione & doctrinâ, Thomam  
& Bonaventuram, duosque montes eminentes, ri-  
guos, & ferilissimos. Sic enim loquitur de illis  
Sixtus V. in Bulla quâ præcipit ut S. Bonaventura  
cum S. Thoma inter Ecclesiæ Doctores recen-  
teantur. *Isti sunt dua oliva, & duo candelabra in domo  
Dei lucentia qui & charitatis oleo & scientiæ luce  
totam Ecclesiam collustrant. Hi singulari Dei pro-  
videntia eodem tempore, quasi dua stella exorientes;  
ex duabus clarissimis Regularium Ordinum familijs  
prodiierunt. Hi duo cum essent coævi, ipsam suavis  
delitijs, conspectu, simul Magistri, pari ratione à  
Gregorio X. cum ad Concilium vocarentur honorati,  
in hac peregrinatione fraternæ caritatis, spirituali fa-  
miliaritate, sanctorum laborum societate conjuncti  
fuerunt: denique pari gressu ad caelestem patriam  
commigraverunt hæc Sixtus.*

Antea trahatur Curru gloria Dei sive Curru  
Ecclesiæ, quatuor equis, ne hæretet inter salebras,  
inter anfractus errorum, inter circuitus hæreseon.  
Advenient & alij validissimi equi, mûe adju-  
vantes hunc curru in cursu suo, conjunctis viri-  
bus suis cum prioribus quatuor. Per hos equos  
intelligo Ecclesiæ Doctores, qui quatuor prima-  
rij enumerantur: quibus post multiplicatos erro-  
res hi duo accesserunt, validissime pro Ecclesia &  
fide pugnantes, & de hoste tartareo triumphantes.  
Hi sunt equi Eliæ ignei, tandem in caelum trans-  
vecturi curru qui de cælo est. Hi etiam desi-  
gnari possunt per equos rufos, varios, albos, quos  
vidit Zachariæ, de quibus dicitur: *Isti sunt quos  
Zach. 11.* Sua enim  
doctrina.

S. Bonav.  
fuit lucer-  
na ardens  
& lucent.

Vnde di-  
ctum fuit  
S.  
Thom.  
Psalm. 103.

An. 1588.

Zach. 11.





doctrina orbem perambulant, ut pacem nuntiant & salutem; sicq; quiescat terra ab erroribus tumultuosis, ab hæretibus, à vitis pacem perturbantibus. Ita que & hi duo perambulant in tertiam, tanquam equi veloces, nuncij pacis & salutis: Sed & simul affisunt dominatori universa terra, tanquam duo filij olei, sive ut alia lectio habet, Filij splendoris, hoc est splendidi & clari, iustres & celebres. Denique alij vertunt, Filij pinguedinis, quia fertiles lutum in Ecclesia & fructuosi omni tempore, unctionis divinæ participes, quæ eos de omnibus docet. Hæc omnia olei nomine designantur, quia in oleo est nitor, oleumque lucem & ignem fovet, denique alit & impinguat.

Zach. 4.

Si quis particularius scire desideret quomodo S. Bonaventura lucerna fuerit ardens & lucens, filiusque splendoris & unctionis; consideret scripta ejus plena luce, plena ardore, plena unctione, plena pinguedine spiritus & gratiæ. In his lectorem attentum non solum illuminat & docet, sed etiam accendit & ungit, movendo ad pietatem; ut non solum efficiat filios splendoris & lucis per scientiam, sed etiam filios olei & unctionis per devotionem. Hic est totus ejus scopus in libris omnibus suis. Quam ob causam nomen Seraphici Doctoris sortitus est, quia postquam tanquam Cherubinus illuminavit, tanquam Seraphinus ardens corda frigida accendit. Verum igitur est de ipso quod de Eisa dixit Ecclesiasticus: Surrexit quasi ignis. & verbum spiritus quasi facula ardebat. Si ergo in privato sermone, sive in publico, sive in libris editis, solitus est verbis suis & scriptis velut fulgur commovere, velut coruscatio illuminare, velut ignem jaculum penetrare. O vere Seraphicum virum! O Lucernam lucentem & ardentem, abundantem oleo, hoc est charitatis nutrimento! O quam merito sublimi in candelabro positus fuit, cui tam ardens & lucens virtus communicata erat ad producendam lucem flammantem!

S. Bonaventuræ Doctor Seraphicus dicitur.

Ecclesi. 8.

Numer. 9.

In typico Moylis tabernaculo mensa stabat auro tecta, panes continentis propositionis, velut plagam Aquilonarem: e regione vero mensa aureum fulgebant Candelabrum, multis adornatum lucernis, in latere Australi. Mensa illa accipitur à nonnullis quasi adumbrans Sacram Scripturam, quæ verè aurea est, omni erroris feotia carens, & divina auctoritate refulgens, in qua Deus verba sua velut celestes panes proposuit. Sic interpretatur S. Greg. l. 17. Moral. cap. 17. E regione mensæ aureum fulgebant candelabrum, & ardentes lucebant lampades: quia scripturæ sacræ mensa luce indiget, quæ illius caligo illuminetur Sacri Doctores librorum sacrorum Interpretes aureæ sunt & fulgentes lucernæ, justa mensam, sive Scripturam sanctam, ut omnem dispellant caliginem hæreticorum artificio inductam, fidemque orthodoxam tueantur, ac pellicidam reddant. Quapropter Sapientia sic loquitur: Qui elucidunt me, vitam æternam habebunt. Talis lucerna fuit S. Bonaventura, qui præclaris lucubrationi-

Ecclesi. 24.

bus sacros libros fidemque veritatis illustravit hæreticorumque fumum fuliginosam terramq; fuliginem effugavit. Verè tota ejus fuit mens, totusque scopus tot opusculis piensissimis, tot commentarijs doctissimis & clarissimis, elucidare sapientiam, & ad ejus lucem omnes invitare, ad ejus amorem omnes accendere. Merito ergo de eo pronunciamus: Illa erat lucerna ardens & lucens; lucerna non sub modo, sed super candelabrum, cujus lux semper ardet, semper lucet coram hominibus, ut glorificent Patrem qui est in caelis.

Hanc enim semper gloriam ambivit, nunquam propriam; & ideo lucem suam semper conservavit, nunquam perdidit, nullus eam ventus potuit extinguere, nec adversitatis, nec prosperitatis. Multi in sublimi positi qui lucere videntur veram perdunt lucem, dum propriam offendant lucem. Ventus inanis gloria, antea superbia, eam extinguit, & in fumum convertit ad fetorem. Uniuicuique ergo attendendum est contra impulsum ventorum; sed qui in sublimi agunt sollicitorem curam ejus rei debent gerere. Propterea dicebat S. Bernardus: Si ego latens in caverna, & velus sub modo, non quidem lucens; sed fumigans tamen impulsus ventorum & tentationum nec sic declinare sufficio, sed vento agitur: huc illic circumferor; quid possum supra montem, possum supra candelabrum? Ab his ventis superbix & cenodoxix se tutum conservavit S. Bonaventura admirabilis humilitatis regimine, quantum enim magis scientia & auctoritate emerferat, eò magis humilitate mentis deprimebatur. Non erat in illius scientia & eruditione, sed inflammatus Spiritus sancti gratia & charitate. Propterea nec vilia ministeria domestica fastidiebat, nec humilitatis obsequia eiga aegros, etiam contagiosos. Partem diei eorum obsequijs gaudebat impendere, & reliquum lectioni & interpretationi publicæ. Sic ubique lucebat, & domi in privato & foris in publico officio, ubique gloriificabat Patrem qui in caelis est, contemnens propriam gloriam & honorem.

Lux S. Bonaventuræ nunquam fuit exstincta.

Epist. ad Henric. Senonem.

Dei namq; tertiò fuisse Lucernam ardentem non solum in candelabro Doctoralis gradus, sed etiam in sublimiori gradu & candelabro, dum Generalis totius Ordinis fuit electus, ac postmodum ad Cardinalium dignitatem & Episcopalem evectus. Non ambivit nos gradus, sed timuit. Malebat in nidulo suæ religionis mori, quam in monte collocari. Vnde jam recusat antea Eboracensem in Anglia Episcopatum, attendens marum scribentem, contra candelabrum, tenentem pondera, & bilancem, quibus expendi debent, hi qui in Ecclesiæ candelabro sublimi constituuntur. Tuncque vita ejus constantia & humilitate ei dictum est à Clemente IV. Ita in testamento tuorum veterasce. Verum non potuit detrectare postea obedientiam Superiorum suorum, sive dum in Generali omni

Par. III. Elib. in Generali & Cardinalium quomodo luxerit.

Ecclesi. 24.



omnium Patrum consensu fuit electus, sive dum à Pontifice Gregorio X. Cardinalio pileo, & Episcopali pallio est amictus. Sciebat illud Augustini: *Omnium sanctorum quærit charitas, negotiorum suorum suscipit necessitas, charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendâ atque intuendâ vacandum est veritati.* Imposita est ergo ejus humeris sarcina, ab eo cujus est onera secundum vires unicuique distribuere. Elevata est in sublime Lucerna, ab eo cujus est in Candelabro lucernas collocare, & accendere. Obtemperandum ergo fuit, luxu; tanto ardentius fundi debuit omnibus qui in domo sunt, quanto sublimior locus extitit ex quo illa conspicienda præluxit.

Anno itaque trigésimo quinto ætatis, decimo tertio ingressus in religionem, dum in Capitulo Romæ convocato, Reverendissimus P. Ioannes de Parma, allegata impotentia Officio Generalis renunciasset (secedens in solitudinem dictam Græcio amore contemplationis, ubi & Angeli ejus sacrificio ministrasse leguntur) ex tanta copia sanctorum ac eruditorum virorum, quibus religio in sua novitate florebat, Bonaventura omnium calculo sine contradictione est subrogatus. Quanto vero ardore, quantaque luce hoc ministerium gesserit, testantur ejus acta, quorum memoria in Ordine Franciscano celebris permanit, & perennabat.

Considerat in Ordine S. Francisci, fervorem primitus nonnihil deficere. Sicut enim contingit in rebus naturalibus & artificialibus usu temporis aliquis defectus vel corruptio, sic & immortalibus ac spiritualibus. Ferrum quamlibet solidum temporis aliquid cedit, rubigineque vel usu exeditur. Domus cura & arte fabricata sensim deficit, nisi restauretur continuò. Immo quod antiquatur & senescit propè interitum est, teste Apostolo. Nec senescere necesse est, sed solus in atate progressus, continuus est defectus. Processu enim temporis calor & humor primogenius deficit, nisi restauratur. Sicut ergo in vita corporali, sic est & in spirituali, quâdam proportione. Primogenio calori respondet primus fervor spiritus, primogenio humorum humilitatis & devotio mentis, & quod tamquam pabulum est ferventis spiritus, ad vitæ contemplationis rerum celestium. Magnus ergo fervor est primordialis Ordinum religiosorum, sed & paulatim tepor irrepit, nisi assidue renovent spiritum quasi juventutem, & continuò pugnent contra vetustatem. Hic enim tepor accidit multis de causis. *Primo*, ob liberi arbitrij instabilitatem, per quam fit ut diu in eodem statu vix homo permaneat. *Secundo*, quia nullum violentum est perpetuum, violentiam autem quandam sibi afferat homo necesse est in multis, si spiritus fervorem velit conservare. *Tertio*, quia gratia Dei, cum sit donum supernaturale & divinum, in homine conversante in terris est quasi in alieno subiecto, & extra locum naturalem; ubi multiplex ei

contrarietas à concupiscentia carnis; à mundi illecebris, à fallacia demonis. Hanc autem contrarietatem perpetuò superare arduum est. *Quarto*, humanæ conditioni naturæ in terris est, ut licet per gratiam fanetur quantum ad mentem, manet tamen corruptio quoad carnem, per quam servit legi peccati. Sic in vita spirituali semper est conflictus, cui advigilare continuò difficile est: semper est cursus, in quo lassari non paucis contingit: semper est navigatio ad verso flumine, in qua perpetuitas conatus vix possibilis est. Anima igitur ob corporis molem lassatur, deficit, sese remittit, & quasi senescit, similisq; fit arcui qui sublata chorda in priorem figuram redit.

Non absone à nostro proposito dixit Cornelius Tacitus: *Rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita ut morum vertantur.* Hoc etiam in Religionibus sanctis advertimus: cui rei ut remedium afferat Dominus, qui non ignorat fragilitatem nostram instabilitatem, singulis penè sæculis aliquos providet viros zeli plenos, qui valeant deficientem varijs in Ordinibus instaurare religionem, & ejus juventutem renovare, ac deformia reformare, ut rursus erigat morum censuram, & pietatis vigor velut postliminij jure revocetur.

Ad hunc effectum suscitavit suo tempore S. Bonaventuram & in sublime exivit, in totius Ordinis præpositura eum decorans, ut velut ex altissimo candelabro totius familie Franciscanæ tenebras dissiparet flammante suo zelo. Quapropter quicquid sapientiæ, vigilantie, prudentiæ, quicquid lucis & ardoris potuit, in hoc impedit ut Seraphicum Ordinem suo redderet primævo splendore & fervori: eumque à fundatoris disciplina paululum declinantem, monendo, instando, castigando, ac operosius laborando ad meliorem frugem reduxit. In Capitulo generali, quod primam Narbonie tenuit, S. Francisci religionem reformavit, & regulam exposuit, ordinemque in provincias & custodias taxavit & duas addidit, inquit Officium 4. die inf. oct. Ac deinceps non desistit, scriptis, litteris, monitis, convocationibus, omnem opem & operam præstare, ut reformationem ceptam promoveret. O quorū flammæ, quotque emittit hæc lucerna radios, ut scintillas, ut omnium corda accenderet, & caliginem, quam injuria vel incuria temporum afflucuerat, dissiparet! Vtique ipse fuit lucerna ardens, totum se in Dei obsequium consumens, vires, omnes, ac vitam. Verè indefessus fuit, atque de ipso illud Propheticum pronuntiare possumus: *Vocaberis Ædificator sepium, avortens semitas in quietem.* Alludit Propheta ad venias, quasi dicat: *Tueris Oculorum aditus, & Isai. 5.* dissipator semitarum, per quas bellæ & hostes in vineas & domos irrepunt, ideoque eis auctor quietis. Vineæ Ecclesia est. Vineæ Religio est, Restauratores ergo disciplinæ Ecclesiasticæ & religiosæ obstruentes aditus per quos vita & demones

Aug. 19. de civit. 6. 19.

Hebr. 8.

Tepor in religione, ex multis causis oritur.

1. 2. 3.



nes irumpunt, & factam tectam illam custodientes, merito illud audiunt: *Vocaberis edificator sepium, avertens semitas in quietem.* Licet hi quandoque ab indisciplinatis vocentur. *Viri rixæ & perturbatores*, quia nimirum eorum perditam libertatem perturbant & amputant. Ideo Propheta, ex quodam naturali sensu doloris dicebat: *Va mihi mater mea, ut quid me genuisti Virum rixæ.* Quali dicat. Omnes me Vitum rixæ vocant, & eis odiosum & opprobrium, quia nominationes divinas eis infuunt.

S. Bonav. edificator sepium fuit.

Talis edificator sepium & murorum, ad observationem perfectam regulæ Minorum, fuit S. Bonaventura, restaurans dissipata, infirma confirmans, discepta consolidans, depravata convertens. Et quamvis Virum rixæ eum nonnulli inelamarent, strenuè nihilominus decreverat adversus venenosas oppugnationes temerariorum obrectatorum, qui impudentius ota solverant, & artificiosis calumniis belligerabant. Pugnavit scripto publico adversus quendam Giraldum de Abbatis villa, Theol. Magistrum, qui libellum perniciosum contra Minores ediderat. Atque ille non longè post, iusto Dei iudicio meritas sceleris penas dedit, paralyticus & miseranda lepra repletus, in quibus ærumnis vitam finivit.

Vide laurus Officium die 6. inf. Oñ.

Ex his ergo omnibus satis liquet, quomodo in omni statu & gradu Lucerna fuerit, decem & octo annis Religionem S. Francisci in regimine illustrans doctrina & exemplis. Sed & postmodum evedus ad Cardinalitiam dignitatem, lucem toto orbe dedit, in Concilio Lugdun. difficultates tenebrosas dissolvens, que in Ecclesia erant præsertim cum Græcis: ubi & præclaram orationem habuit proposito illo themate: *Exurge Ierusalem & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente usque ad Occidentem.*

Baruch. 5.

Tandem extingui visa est hæc lucerna per æguitudinem lethalem anno ætatis 53. non sine luctu universalis Ecclesiæ, ita ut passim diceretur cum lamento: *Exincta est lucerna Israel.* Nam & Pontifex Gregorius X. lachrymis ejus mortem est profectus, ejusque exequiis interfuit. In quibus Cardinalis Ostiensis Petrus de Tarantasia Ord. Prædic. missam celebrans & sermonem proferens, illud sumpsit: *Doleo super te Frater mi Lornatha.* Inter cætera autem, ejus commemorans gratias & dona, asseruit virtutem magnetis instar habuisse; quia solo visu & eloquio in sui amorem alliceret quocunque, ita ut illi mox cederent, ejusque sententias amplecterentur & consilium, & propterea ejus eloquia & consilia Græcis reducendis plurimum contulisse. Idcirco benedicta ejus lingua centum sexaginta annis post mortem integra & recens est reperta, & que ac cor, & caput, in ejus translatione anno 1434. Atque ita de ipsa postumus dicere, quod ipse de lingua S. Antonij Paduani, quam 32. anno à morte repererat incorruptam. *O lingua benedicta, qua Dominum sem-*

2. Reg. 21. Fuit hic Corvina Pont. dicitur Innocent. 7. 2. Reg. 1.

per benedixisti, nunc patet quàm grata ei fueris, quantique apud eum meriti! Hæc dicens cum lachrymis, excolabatur eam.

Concludamus, & dicamus, per mortem non esse extinctam lucernam hanc ardentem, sed altius elevatam, ut luceat in perpetuas æternitates, & ut nos exultemus ad lucem ejus, non ad horam, sed in sæculum sæculi. Micat enim meritis, micat exemplis, micat gloria & luce æterna supra horizontem nostrum. Micat Religioni, micat sæculo, micat cælo, micat toti Ecclesiæ, tuncque Orbi, Tempori micat & Aternitati. Ergo ad eum vota couvertamas.

O Lucerna ardens & lucens, illumina tenebras nostras, nostrum excute teporem. Accende ignem, quo ardens fuisti, in cordibus nostris terrenis & frigidis: ignem quem Dominus voluit te in terram mittere, dum in terra ageres. In cælum Te tunc elevavit, ut efficacius illum in terram mittere & cælo valeas tuis precibus. Errores ergo dissipata caliginosos in Ecclesia, doctrina tua, & luce, ac meritis, & efficie, ut prævia tua luce ad lucem pertingamus æternam.

IN FESFO B. MARIE MAGDALENÆ. Lect. 34

Lachrymis coepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, &c. Luc. 7.

Præclarum est, & seriâ consideratione dignum. Apostoli Pauli monitum, concernens eos qui peccatis quandoque se contaminarunt, vel etiam in illis indisciplinenter patem ætatis traduxerunt. Sic eos monet: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra: Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra servituti justitiæ in sanctificationem.* Idem est ac si dicat: Non impono vobis onus importabile à quo possitis vos exculare, sed propono & exopto à vobis id quod humanum, ad æquum & moderatum, ac facile est: ut scilicet eodem conatu, eisdem animæ viribus, eisdem quoque membris servite Deo studeatis, quibus antea peccato servivistis. Hoc obsequij impendite justitiæ & sanctificationi, quod impendistis immunditiæ & iniquitati: Vniuscujusque membris ministerium quod exhibuistis vitij, nunc exhibete virtutibus. Si lingua affuevit antea juramento, mormuri, blasphemie contra Deum, nunc affuecite eam sedulo ad Dei laudem & benedictionem continuam. Si os apertum fuit ad detractionem & scandalum proximi, nunc impendite illud serid ad ejus ædificationem. Si manus protendebantur ut aliena diriperent, nunc protendantur ut propria largiantur: si forte vindictæ servierint aut immunditiæ, nunc serviant charitati & puritati, corporisque macerationi. Si oculi ad illicita convertebantur, nunc ad flenda peccata flectantur, & in cælum revertantur. Si pedes

I. PAR. Quomodo Maria Mag. lachrymas dehis Christi regerit. Rom. 6.